





Gospel for the Fourth Sunday After Pentecost


Tonus evangelii


D 
 Ominus vobíscum. R̅. Et cum Spí-ri-tu tu-o.



 Sequénti-a sancti Evangé-li-i secúndum Lu-cam. R̅. Glóri-a ti-bi Dómine.


I 
 -n illo témpore : Cum turbæ irrú-erent in Jesum, ut audí-rent verbum


 De-i, et ipse stabat secus stagnum Genésareth. Et vi-dit du-as naves stantes



 secus stagnum: piscatóres autem descénderant, et lavábant ré-ti-a. Ascéndens


 autem in unam navim, quæ erat Simónis, rogávit e-um a terra redúcere



 pu-síl-lum. Et sedens docébat de navícu-la turbas. Ut cessávit autem loqui,


 di-xit ad Simónem: Duc in altum, et laxáte ré-ti-a vestra in captú-ram. Et



 respóndens Simon, di-xit il-li: Præcéptor, per totam noctem laborántes,



ni-hil cépimus: in verbo autem tu-o laxábo re-te. Et cum hoc fecíssent,




conclusérunt písci-um multi-túdinem copi-ósam: rumpebátur autem rete




e-ó-rum. Et annu-érunt sóci-is, qui erant in á-li-a navi, ut vení-rent, et




adjuvárent e-os. Et venérunt, et implevérunt ambas navícu-las, i-ta ut pene




mergeréntur. Quod cum vidéret Simon Petrus, próci-dit ad génu-a Jesu,




dicens: Exi a me, qui-a homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circum-



déderat e-um, et omnes, qui cum illo erant, in captúra písci-um, quam




céperant: simí-li-ter autem Jacóbum et Jo-ánnem, fí-li-os Zebedæ-i, qui



erant sóci-i Simó-nis. Et a-it ad Simónem Jesus: No-li timére: ex hoc jam



hómīnes e-ris cápi-ens. Et subdúctis ad terram návibus, re-líctis ómnibus,



secú-ti sunt e-um.